



Dulcia quandoq; amara fieri.

*Matre procul lieta paulum secesserat infans
Lydius, hunc dire sed rapuistis apes,
Venerat hic ad uos placidas ratus esse uolucres,
Cum nec ita immitis uipera sua foret.
Quæ datis ab dulci stimulos pro munere mellis,
Proh dolor, heu sine te gratia nulla datur.*

FERE SIMILE EX THEOCRITO.

*Alueolis dum mella legit, percussit Amorem
Furacem mala apes, & summis spicula liquit
In digitis, tumido gemit at puer anxius ungue,
Et quatit errabundus humum, Veneriq; dolorem
Indicat, & grauitur queritur quod apicula paruum
Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
Cui ridens Venus, hanc imitaris tu quoq; dixit
Nate feram, qui das tot noxia vulnera paruus;*